



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann belehnen Johann Block mit dem Felde Blocksdorf, am 6. Dezember 1298.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad privilegiren die Stadt Königsberg mit der freien Schifffahrt auf der Röhrke bis Stettin, am 26. Februar 1292.

In nomine Domini amen. Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landsberge, universis Christi fidelibus has literas intuentibus, notitiam Subscriptorum, cum manifesta recognitione recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod ob Specialem dilectionem, qua viros honorabiles Burgenses ac inhabitatores nostre Civitatis konigsbergh ibidem habentes Domicilia, seu mansionem et uxores et pueros prosequimur ipsis tale indultum concessimus, quod aqua que Roreke vocatur descendendo usque ad Oderam, et Oderam ulterius descendendo versus Stetin ac ascendendo Oderam de Stetin, usque ad dictam aquam Roreke et ipsam Roreke ascendendo et rediendo usque konigsberge, dicti Burgenses Navigio sine omni ungeldo seu theloneo et qualibet exactione cum mercimonijs, cujuscunque generis sint seu fuerint, et annona qualiscunque fuerit perpetuo pro suis usibus frequentabunt ab omnibus liberi et exempti. Decimus etiam quod dicti Burgenses ubicunque se diverterint cum eorum mercimonijs siue in Curribus siue in Navibus erunt ab omni Ungeldo liberi et soluti. Non licebit etiam cuiquam construere Molendina super dicta aqua Roreke, per que posset Navigatio dictorum Burgensium impediri, Item Molendina situata in fossatis dicte Civitatis debent esse sub iudicio Civitatis, Ita quod si quis excessus in eis fuerit perpetratus ipsum Consules iudicabunt, siue hec fuerit in Mattis, seu in alijs, neque nostri Officiales ipsum aliquatenus iudicabunt. Addicimus etiam, quod forense theloneum dicte Civitatis debet esse cuilibet liberum et commune. In horum omnium evidentiam presentes damus literas sigillorum nostrorum appensionibus roboratas. Hujus rei sunt testes: Johannes, de Oldevliet Dapifer, Fridericus de Ecstede, Haso et Ludolfus de Wedele, Thethardus de Woftrou, Buso de Bellinge, Godefredus de Griphenberge, Milites, et quam plures alij fide digni. Datum Lywenwalde, Anno Domini M°. CC°. Nonagesimo Secundo, Secunda feria ante Dominicam Invocavit.

Aus Beckmanns handschriftlichem Nachlasse.

XII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann belehnen Johann Block mit dem Felde Blocksdorf, am 6. Dezember 1298.

Wier Otto vnd Conradus vnd Johannes, von Gottes Gnaden Marggrafen zu Brandenburgk vnd Landsberg, bekennen vnd in Krafft gegenwertiges Brieffes bezeugen, das wier vnsern lieben getrewen Johann, genant Block, vnd seinen erben vbergeben das Feld Blockstorff mit aller gerechtigkeit volkomlich in seinen grentzen vnd mahlen ohn allen abbruch vnd ahn alle wagentienst mit aller zubehorunge, nemlich wiesewachs, pfüelen, holtzungen vnd weiden vnd mit allen andern, wie wier esz gehabt vnd besessen, zue einem wahren lehenguert, vnnnd vbergeben es ihme vnder dem titel eines wahren eigenthumbz, zue ewigen zeitten friedlich vnd

geruchlich zu besitzen, also keiner von vnfern advocaten oder amtleuten wieder solch guet vnd seine zubehorunge aufz vnserm Beuehl ein action anzustellen macht haben soll. Schliesslich setzen wier auch, daz obgedachter Johannes die genanten gueter alz vnser kriegsman frey vnd geruglich neben seinen rechtmessigen erben besitzen sol, also daz ihme von vns oder vnfern beuelichhabern nichts sol abgekürtzett oder endzogen werden; so aber ihnen ez gelegen, das sie dazselbige feld verkeuffen wolten mit aller seiner gerechtigkeit vnd freiheit, wie sie es befehlen, soll ez von vns dem keuffer vbergeben werden. Zue mehrer Verficherung haben wier gegenwertiges schreiben vorfiegeld, delzen sein zeugen der alte Haffe von Wedell zue Züelitz, Wedige von Wedell, Johanz von Altenfled, Anzhelmus von Blanckenburgk, Heinrich von Doffe, Christianus von Briesen, Heinrich Weifz, Kriegsleute, vnd andere mehr glaubwürdige. Gegeben vnd geschehen zue Grimmenitz, im Jahr defz herrn ein tausend zwey hundert acht vnd neunzigk, am tage Nicolai.

Aus Ditzmanns Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives fol. 108.

XIII. Markgraf Waldemar genehmigt, daß Günther von Köthen das Dorf Zicher den Gebrüdern Thomas und Johann Hofemann verkauft hat, am 13. September 1308.

Nos Waldemar, dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landsberg Marchio, Tutorque incliti Johannis de Brandenborch marchionis, Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod frater Guntherus de Köthen vendidit discretis viris Thome et Johanni germanis, dictis hokeman, et eorum veris heredibus villam Scicheher cum vniuersis et singulis attinenciis, cum omni feruicio et cum omni iure, vtilitate et vsufructu, quocunque nomine censeatur, prout ipsam villam predictus frater Guntherus et sui confratres habuerunt et pariter possiderunt, iuste et consueto tytulo perpetuis temporibus possidendam libere et habendam. Et eosdem in nostram recipimus protectionem et tuicionem cum predicta villa et ipsius attinenciis firmiter, velud alios nostros viros et fideliter defendendo. Ceterum quam primum Marchio Johannes, noster sororius, ad annos legitime etati deputatos peruenerit, ordinabimus vtique, quod idem iam sepeditos cum huiusmodi bonis in suam recipere debeat protectionem, et suis litteris confirmando, dubio quolibet non obstant. In cuius rei testimonium presens dedimus scriptum nostri sigilli munimine firmiter roboratum presentibus testibus ydoneis dominis Nicolao de Buch, Conrado de Redern, Henningo de Steghelitz et Zabello de Badelo, nostris militibus, et aliis quampluribus fide dignis. Datum Anno domini Millesimo Trecentesimo VIII<sup>o</sup>, feria sexta ante exaltacionem sancte crucis.

Aus Altdens Waldemar II, fol. 501.